



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Explicatur quinta clausula: Nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem caussam, ad tempus, ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum. Vbi quis hanc, & alibi, quàm in ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

x Vasq. de
Euch. d.
211. c. 5.
§. 45.

meritò, Vasquez, x quando verba legis obscura sunt, locum esse opinionibus, & posse quempiam probabiliter verba legis interpretari, atque ita investigare mentem legislatoris. Iam, subsumo: in hac declaratione, ut etiam in privilegiis prædictis non clarè constat, quid importet illud (dies Paschatis) atque adeo obscurum est: ergo poterit quilibet illud probabiliter quid significet interpretari, & consequenter nos modo jam dicto, interpretari potuimus.

§. 5.

Nisi forte, de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinentium,

*Ubi, quis hanc, & alibi, quam in
Parochia communicandi, licen-*
tiam

iam concedere valeat. An Episcopus, Archipresbyter, Vicarius Generalis, Parochi Montis Regenses.

§ 5 Nomine proprii Sacerdotis intelligi Parochum est constans a omnium sententia: adhuc tamen aliqua enucleanda supersunt.

a Gloss in Clem. 1. de privil verb Presbyteri.

Dubitare enim quis posset, an Parochus licentiam concedere alicui fidelium valeat, ut non communicet in tempore Paschae? Dico non posse, id enim non concedit Canon, sed solum quod poenitens, propter rationabilem causam, cum consilio tamen Parochi, possit ad tempus Communionem Paschalem differre.

b Sa verb. Euch. n. 8.

Unde Sa sic habet b Qui post octidies, ante, vel, post Pascha, communicat, praeccepto satisficit: & qui longè post, ex consilio Confessoris (ex decreto Eugenii IV. apud Navarrum) ubi obi-

obiter nota illud (longè post,) Non inficior causam posse esse aliquando tam gravem, ut possit, vel ex se poenitens, vel ex consilio prudentis ad tempus differre. Lege Layman, c qui id docet etiam de Confessione. Si quis (inquit) toto anno, nunquam confessus fuisset, & communionem ad breve tempus, ex causa, puta usque ad Pentecosten differre deberet; probabile est, graviter non peccaturum; & si etiam Confessionem differret, si putaret postea eam commodius peracturum esse. Verum si talis post Pentecosten mortaliter peccet; obligatus erit eo anno iterum confiteri: siquidem prædicta Confessio fuit ob obligationem præcedentis anni; ut notavit Coninch. Hactenus Layman.

Quæ nam sint hæ causæ ad differendam, immo ad omittendam Communionem; ex supra dictis

c Laym.

l. 5. tr. 6.

c. 4. n. 10.

dictis a
ligend

§6 S

re conf

alibi, c

munic

ne Par

solus

nomi

Quo r

qui cu

respec

rum,

Arch

ad cur

enim

ctu su

Sacer

57

in Cle

an Ep

ter Ca

licent

gioli

minif

ctum

dictis à num. 29. erit facile colligendum.

§6 Sed quis prædictum de iure consilium, ut item licentiam alibi, quam in Parochia, communicandi, dare poterit? Solumne Parochus, an etiam alii? Sanè solus Parochus, quique venit nomine Parochi, seu Pastoris. Quo nomine venit quicumque, qui curatum beneficium habet, respectu suorum Parochianorum, sive curatus vocetur, sive Archipresbyter, sive Vicarius, ad curam, sive alio nomine: hi enim omnes, vel similes, respectu suarum ovium, sunt proprii Sacerdotes.

§7 Dubitavit autem Glossa in Clem. prima V. Presbyteri, an Episcopus, & Archipresbyter Cathedralis Ecclesiæ possint licentiam concedere ut Religiosi possint tale Sacramentum ministrare: & resolvit, post factum, posse approbari concessionem

sionem datam à prædictis : sed ante factum melius esse ut ab his non concedatur.

58 Nihilominus non video, cur Episcopo id negari possit, ut item concedere Diœcesanis licentiam communicandi alibi, quàm in Parochia : eùm enim ipse sit Parochus, & Pastor suæ Diœcesis, ut omnibus constat, & eademmet Glossa ibidem facetur, immeritò id illi denegari poterit.

59 Archipresbyterum Cathedralis, respectu totius Diœcesis, ultrò concedo nequaquam posse: potest enim solum respectu suorum Parochianorum, quibus ipse Parochus est; nam licet in jure major sit ejus potestas; tamen jam in multis, ex antiqua consuetudine, eam esse restrictam, notant Doctores. *d*

*d Barbosa
de jure u-
niverso l. I
c. 25. n. 25.*

60 De Vicario Generali (Nam Vicarius Foraneus, cum ad ipsũ cura spiritualis animarum non spectet,

spectet, nullo modo potest) quoniam facit unum cum Episcopo, & est Pastor ex officio, dicendum est e posse (etiam sine mandato speciali) ex sola Vicariatus generalitate. Cum enim, etiam sine speciali mandato, ex probabiliore sententia *f* concedere possit licentiam Sacerdotibus ad excipiendas confessiones; cur hoc non poterit, quod est minus?

61 Illud à me, dum hæc scriberem, Parochi Civitatis Montis Regalensis in Sicilia quæsi- runt, quod, quia facit ad institutum nostrum, hic asserere abs- re non erit.

In dictæ Civitatis Cathedrali, & Matrice Ecclesia sex sunt Parochi, curam animarum totius Civitatis gerentes, æquales in potestate, singulique, pro ut casus occurrit, officium Parochi exercentes; solum enim ad laborem minuendum, per hebdomadas,

e Suarez de Euch. d. 72 sec. 2. §. sed inquirens circ. fin.

f Sanc. l. 3 de matr.

d. 29. n. 15 Barbos. de pot. Episc. p. 3 all. 54 n. 19.

madas, Sacramentorum admini-
strationi assistent: & solum, ad
honorem, antiquior ex illis Ar-
chipresbyter appellatur. Iam,
simul ne omnes, an quilibet ex
illis, pro ut libuerit, sine depen-
dentia à Sociis, poterunt hanc
licentiam impetiri?

62 Respondi, quemlibet posse
se: si quidem quilibet est toto ju-
re Parochus, nec unquam tale
jus amittere potuit, cum talis
potestas sit imbibita in ipso jure
Parochi. Sanè hanc Ecclesiam
puto esse ejus generis, quocir-
ca Animarum, Ecclesia, vel Epi-
scopo incumbit, & per plures ad-
ministratur: de quo Ecclesie
genere meminit Tridentinum. §

63 Dices si hæc Ecclesia est
ejusmodi, sequitur, quod ipsi
prædicti sex, non sint verè ordi-
narii Parochi, sed delegati, me-
rique coadjutores Episcopi: ac-
que adeo possumus dubitare, an
ipsis

§ Trid. ses.
24. de ref.
c. 18. init.

n admini
solum, ad
illis Ar-
ur. Iam,
libet ex
ne depen-
unt hanc
libet pos-
toto ju-
uam tale
cum talis
ipso jure
ecclesiam
quocum-
vel Epi-
ures ad-
Ecclesie
tinum. g
lesia est
quod ipsi
re ordi-
ati, me-
copi: ac-
tare, an
ipss

ipsis sit delegatum, posse dare
predictam licentiam.

Respondeo; cum ipsis detur
potestas, & authoritas ad uni-
versitatem causarum pertinen-
tium ad Parochi officium; hæc
etiam potest eisdem concessa e-
rit, sive sint ordinarii, sive dele-
gati: quod hic decernere non
est laborandum: & sanè si illis
conceditur officium ministran-
di omnia Sacramenta, curam-
quæ animarum habendi, quod
est majus; num potestatem con-
cedendi eam licentiam, quæ po-
testas longè minoris momenti
est, denegatam fuisse censebi-
mus?

Audi Emmanuelem Sà, h Cui
generaliter (inquit) committun-
tur omnia exercentia in Paro-
chia; potest dare alteri Sacerdoti
licentiam administrandi Sacra-
menta. Hæc Sà.

Adde quod in instrumenta in-
stitutionis ipsorum, eos absolu-
tè

h Sà V.
Sacramē-
tum n. 6:

tè Paroches nominat Archiepiscopus, seu Vicarius: instituens & in ritu, modoque accipiendi possessionem servantur in iisdem solemnitates servari solitæ in cæteris ordinariis Parochis. Quare non video, quo ad rem nostram, dubitationis esse locum.

Actus institutionis unius ex ipsis, quem authenticè exscriptum ego videre volui, sic habet: D. Hieronymus Rosado Coronel Vicarius Generalis Sede vacante hujus Civitatis, &c. dedit, & dat Reverendo D. Joseph Gentili possessionem, & Canonicam institutionem dicti Canonici Parochi, & Curati dictæ majoris Ecclesiæ per impositionem bireti, stolæ, & annuli: ac etiam dictus Dominus Vicarius, accepit à dicto de Gentili juramentum, & professionem fidei in forma, &c.

64 Et in actu, seu instrumen-

to immiffæ, feu traditæ poffef-
 fionis, fic habetur: Dicitur de
 Gentili Canonicus, Parochus,
 & Curatus electus, &c fuit per
 me impofitus atque immiffus in
 realem, actualem & corporalem
 poffeffionem dicti Canonicatus,
 Parochi, & Curati intus dictam
 majorem Ecclefiam per apertio-
 nem, & claufuram Custodiæ
 fanctiffimi Sacramenti, oscula-
 tionem altaris ejufdem, & fon-
 tis baptifmalis: per apertio-
 nem, & claufionem arcæ, in qua
 reponuntur libri Baptifmatis,
 pofalitorum, &c. & per alia
 magna denotantia ipfam poffef-
 fionem.

Lege Barbofam, i qui non
 aliis, nifi his, vel fimilibus clau-
 fulis, & folemnicatibus, ut certè
 fieri folet, Parochos instituit,
 & poffeffionem Parochiæ
 tradit, ita ut ambigere nullus ra-
 tionabiliter jam poffit omnibus,
 & fingulis Montis Regalis Pa-
 rochis

*i Barbof.
 de pot.
 Par 1. p.
 in fine c 2.
 form 9.
 & 12.*

Archiepi-
 nftituens
 accipiendi
 ur in iif-
 ari folitæ
 Parochis.
 no ad rem
 s effe lo-
 unius ex
 è exscri-
 ic habet
 o Coro-
 Sede va-
 c. dedit,
 ph Gen.
 nicam
 nicatus
 majoris
 em bi-
 c etiam
 , acce-
 amen-
 fidei in
 umen-
 ro

rochis jura Parochorum uni-
versa competere.

§. 6.

Alioqui & vivens ab Eccle-
siæ ingressu arceatur : &
moriens Ecclesiastica
careat sepultura.

65 **P**œna non confitentibus
semel in anno, & non
communicantibus in Paschate,
est, ut arceantur ab Ecclesiæ in-
gressu; & ne sepeliantur in loco
sacro: quia tamen est pœna, &
quidem ferenda; non incurritur
ipso facto, sed post sententiam.
In jure, igitur non est pœna ex-
communicationis nec latæ; nec
ferendæ. Solum audio in aliqui-
bus Diocesibus adesse excom-
municationem ferendam; quæ
si est timeatur.

66 Si quis fidelis moriatur;
hæc